Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8279
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Benedictio salis et aque omnibus diebus. Adiutorium nostrum &c

Exorcisso te creatura salis et aque. per deum viuum. per deum verum. per deum sanctum. per deum qui te per helyseum prophetam in aqua mitti iussit ut sanaretur sterilitas aque. ut efficiaris sal exorcisatum in salutem credentium. ut sis omnibus te sumentibus sanitas animae et corporis ut effugiant atque discedant ab eo loco quo asperssum fueris omnis fantasia et nequitia vel versutia diabolice fraudis omnesque spus immundi adiurati. per eum qui venturus est iudicare seculum per ignem. Oremus. Omnipotens sempiterne deus. humiliter imploramus ut hanc creaturam salis quam in usum humani generis tribuisti benedicere et sanctificare tua pietate dignaris. ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis. et quicquid ex eo tactum vel asperssum fuerit careat omni immundicia omnique impugnatione spiritalis nequitie. Per dominum nostrum. Exorcisimus aque.

Exorcizo te creatura aque in nomine dei patris omnipotentis. et in nomine ihu xpi filii eius dni nri. et in virtute spus sancti. ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici et omnem inimicum eradicare et explantare valeas cum angelis suis apostatis per virtutem dni nri ihu xpi. Qui ven. Benedictio aque.

Deus qui ad salutem humani generis maxima quaque sacramenta in aquarum substantia condidisti adesto propitius inuocationibus nostris et clemenciam huic multimodis purificationibus parato virtute tue benedictionis infunde. ut creatura misterii tui tibi seruiens ad abigendos demones. morbosque pellendos diuine gratie sumat effectum. ut quicquid in domibus vel in locis fidelium hac vnda respersum fuerit careat omni immundicia. liberetur a noxis. non illic residat spus pestilens. no aura corrumpens. discedant omnes insidie latentis inimici. aut siquid est quod inhabitantibus nocere. aut quietati aspiratione huius aque effugiat. ut salubritas p inuocationem tui nominis expetita ab omnibus spiritualibus nequitiis defensa. Per dm. Hic immittatur sal in aqua. Fiat hec commixtio salis et aque in nomine patris et filii et spus sancti ut salutifera efficiatur. Amen. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oratio

Deus mirabilis virtutis auctor et inseparabilis imperii rex ac semper magnificus triumphator qui aduersae dominationis vires exprimis. qui inimici furentis. seuitia superas. qui hostiles nequitias potenter expugnas. te domine trementes et supplices deprecamur ac petimus. ut hanc creaturam salis et aque dignari asperitas benignus illustres. pietatis tue amore sanctifices. vt vbicumque fuerit aspersa per inuocationem sancti nominis tui omnis infestatio immundi spus abigatur. terroresque venenosi serpentis procul pellantur. et presta spus sancti nobis miram tuam potentiam vbique adesse dignetur. Per dm. Benedictio dei patris et filii et spus sancti descendat super hanc creaturam salis et aque ut animabus et corporibus et iumentis salubris et perpetua medicina efficiatur. Per dm. Rm. Asperges me domine ysopo et mundabor. Lauabis me et super niuem dealbabor. V. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Lauabis me. Gloria patri &c. Lauabis. V. Domine apud te est fons vite. Et in lumine tuo. Dominus vobiscum. Oratio

Potestas domine per huius creature aspersionem sanitatem mentis et corporis tutela salutis. securitate spei. roborato fidei integritate caritatis hic et in etina secula seculorum. Amen.

K. K. Studien Bibliothek Salzburg